



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

96. Meletivs Episcopvs Catholicus, rogatus, vt breuem doctrinæ de Trinitate imaginem coram Constantio proponeret, tres ostendit digitos, deinde duos colligens, & vnum tendens, dixit. Cap. 47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

SI per singulos dies propriam edere licuerit fidem, veritatis integritas non manebit.

*Si quoties libeat propriam licet edere formam
Doctrinae, subita pro leuitate nouam:
Integra quæ tandem poterunt oracula Christi
Cœtibus in sanctis vera manere diu?*

95. DICTVM SYLVIANI ET ALIORUM EPISCOPORUM AD CONSTANTIVM IMPERATOREM ARIANUM MINITANTEM IPI SIS EXILIUM & MORTEM. Cap. 42.

POTESTATEM HABES PUNIENDI, NON TAMEN NOS PATRUM STATUTA DESTITUIMUS.

*A Domino Caesar summo tibi summa potestas
Est data pœnarum supplicijq; Deo:
Nos tamen haud pœnis vnquam violabimus illa,
Nostræ quæ rectè constituere patres.*

96. MELETIVS EPISCOPVS CATHOLICVS, ROGATUS, VT BREUEM DOCTRINÆ DE TRINITATE IMAGINEM CORAM CONSTANTIO PROPONERET, TRES OSTENDIT DIGITOS, DEINDE DUOS COLLIGENS, & VNUM TEN DENS, DIXIT: Cap. 47.

Tres

Tres sunt qui intelliguntur, sed tantum
de vno disputamus.

*Tres digitos tollit primum Meletius, atq;
Sublato medio deprimit inde duos.*

*Hac praesul docuit sanctum sub imagine trinum
Atq; vnum, magna pro pietate, Deum.*

*Sunt tria quae apparent, inquit percepta, sed vnum
Quaritur à doctis differiturq; viris.*

97. MARES EPISCOPVS CHAL
cidoniensis ad Iulianum Apostatam ex-
probrantem sancto viro cæcitatem, cum
eum sacrificantem Constantinopoli in
facello Fortunæ ἄθροῦ & apostatam vo-
casset, & Iulianus etiam ipsum Deum
laceraret, Christum, pro suo
more, Galilæum appel-
lans. Cap. 6.

Vrbs antiqua iacet veteris de nomine Byzæ,

Quæ gemini clarent ostia vasta maris.

Nomine in hac Caesar vocitatus apostata Iuli,

Ambigua coluit numen inane Deæ.

Ergo ἄθροῦ Mares dicebat Episcopus illum,

Quod daret idolis impia sacra Dijs.

Cæcus erat Mares factus venerandus ob annos,

Alterius rexit quem manus atq; pedes.

Expro-